

lonie tunc reus de elatione extitit cum ad elationis verba peruenit. Quippe qui ore prophetico et ante eum ad elationem tacuit: sententiam reprobationis audiuit. Culpam namque perpetrare superbe iam ante detulerat: qui omnipotentem deum: quem se offendisse repeterit: cunctis subsequenter predicauit. Sed post hec successu sue potestatis elatus est dum magna se fecisse gauderet: cunctis prius in cogitatione se pretulit: et post adhuc tumidus dixit: Nonne hec est Babylon magna: quam ego edificauit in domum regni: et in robore fortitudinis mee: et in gloria decoris mei? Que videlicet vox illius ire vindictam aperte pertulit: quam occulta elatio accendit. Nam districtus iudex prius inuisibiliter vidit: quod post publice feriendo reprehendit. An et in irrationale hunc animal vertit: ab humana societate sepauit: agri bestijs mutata mente coniunxit: ut districto videlicet iustorum iudicio homo quoque esse perderet: que magnum se ultra homines estimasset. Hec itaque proferentes non potestatem reprehendimus: sed ab appetitu illius cordis infirmitatem munimus: ne imperfecti quique culmen arripere regiminis audeant: et qui in planis stantes titubant: in precipiti pedem ponant.

De illis qui exemplo ceteris prodesse possunt: sed quietem propriam sectando dimittunt. Cap. V.

Am sunt nonnulli qui eximia virtutum dona percipiunt: et per exercitatione ceterorum magnis muneribus exaltant. Qui studio castitatis mundi abstinentie robore validi: doctrine dapibus referti: patientie loganimitate humiles: auctoritatis fortitudine erecti: pietatis gratia benigni: iusticie seueritate districti sunt. Qui nimirum culmen regiminis si vocati: suscipere rennuunt: ipsa sibi plerumque dona adimunt: que non pro se tantummodo: sed etiam pro alijs acceperunt. Quibus sua et non aliorum lucra cogitant: ipsis se que pro uata habere appetunt: bonis priuant. Hinc namque ad discipulos veritas dicit: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: ne

que accendant lucernam: et ponunt eam sub modio: sed supra candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Hinc Petro ait: Symon iohannis amas me? Qui cum se amare pertinuis respondisset: audiuit. Si diligis me: pasce oues meas. Si ergo dilectionis est testimonium cura pastoris: quisquis virtutibus pollens: gregem dei rennuunt pasceret: pastorem summum quincum non amare. Hinc Paulus dicit: Si christus pro omnibus mortuus est: et omnes mortui sunt: et pro omnibus mortuus est: superest: ut qui viuunt: iam non sibi viuunt: sed ei qui pro ipsis mortuus est: et resurrexit. Hinc Moyses ait: Uxorem fratris sine filiis defuncti: superstes frater accipiat: atque ad nomen fratris filios gignat. Quam si accipere forte renuerit: huic in faciem mulier expuat: unumque ei pedem propinquum discalciet: eiusque habitaculi domus discalcietur uocet. Frater quippe defunctus ille est: qui post resurrectionis gloriam apperens dixit: Ite nunciate fratribus meis. Qui quasi sine filiis obiit: quia adhuc electorum suorum numerum non impleuit. Huius scilicet uxorem frater superstes sortiri precipitur: quia dignum profecto est ut cura sancte ecclesie ei qui hanc bene regere pro ualeat imponatur: cui nocenti in faciem mulier expuat: quia quisquis ex muneribus: que percepit prodesse alijs non curat: bonis que ei sancte ecclesia exprobrans: ei quasi in faciem salinam iactat. Cui ex uno pede calciamentum tollit: ut discalcietur domus eius uocet. Scriptum quippe est. Calciati pedes in preparatione euangelij pacis. Si ergo ut nostram: sic curam proximi gerimus: utrumque pedem per calciamentum munimus. Qui uero suam cogitationem utilitatem proximorum negligit: quasi unius pedis calciamentum cum dedecore amittit. Sic itaque nonnulli: qui magnis: ut diximus: muneribus ditati: dum solius contemplationis studiis inardescunt: parere utilitati in proximorum predicatione refugiunt: secretum quietis diligunt: secessum speculationis petunt. De quo si districte iudicentur: ex tantis proculdubio rei sunt: quantum uenientes ad publicum prodesse potuerunt. Quia enim mentes qui proximis profuturus enitesceret: utilitati ceterorum se